



**Antiqvae Lectionis Tomus ...**

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

**Canisius, Heinrich**

**Ingolstadii, 1602**

Caput 15.

---

<urn:nbn:de:hbz:466:1-64160>

to Paulū comitem interfecit, Andagauum obtinuit. His a-  
& tis inter Saxones & Romanos bellū gestum est. Saxones  
terga vertentes multis ex eis extintis, insulæ eorum cum  
multo populo interempto à Francis captæ atque subuersæ  
sunt.

**E**pso anno terræ motus fuit. Eoricus Gothorum *Caput 14.*  
rex xiv. regni sui anno basilicam sancti Iuliani \* aliter Greg.  
Briuatis, columnis ornatam mirifice construxit.  
*cap. 20.*

Regnans Eoricus annis xx.

In Burgundia nimia famis oppressio aduenit. Cumque  
populus à fame in diuersas regiones dispergeretur, nec  
esset qui alimoniam præberet, Æditius quidam ex sena-  
toribus magnam tunc rem in Deo fecisse perhibetur. Misit  
pueros suos cū equitib⁹ & plaustris p̄ vicinas sibi ciuitates  
vt eos qui inopia vexabantur, sibi adducerent cunctos  
pauperes, quos inuenire potuerunt, adduxerunt ad do-  
mum eius : ibiq; eos tempore sterilitatis pascens à fame  
liberauit. Fuerunt plusquam quatuor millia, quos aluit  
usque tempore vbertatis. Post quorum discessum vox  
è cœlis lapsa peruenit, dicens, Ædit⁹, quia fecisti rem  
hanc, semen tuum pane non indigebit in æternum. Æ-  
ditius miræ felicitatis fuit : pluribus vicibus multitudi-  
nem Gothorum cum paucis in fugam conuertit. Euarix  
rex Gothorum, excedens Hispanum limitem, grauem  
in Galliis intulit persecutionem.

Aimoīn, lib. 1.  
c. 13. & Greg.  
l. 2, cap. 24.

**D**efuncto Childerico Chlodoueus eiusdem filius *Caput 15.*  
regnauit pro eo. Anno autem quinto regni  
sui, Siagrius Romanorum Patricius apud ciui-  
tatem Sanctonas, quam quondam pater suus tenuerat,  
sedem habebat. Quem Chlodoueus cum Regnachario  
irruens

Qqqq 3

irruens oppugnauerat. Siagrius elisum cernens exercitū, terga vertit, ad Alaricum regem Tolosam cursu veloci perrexit. Chlodoueus legatos ad Alaricum mittēs, ut eum redderet; alioquin nouerit sibi bellum inferri. Ac ille metuens, ut Gothorum pauere mos est, Siagrium vincitum legatis tradidit: quem Chlodoueus custodiæ mancipauit, regnoq; eius accepto, gladio truncari præcepit. Chlodoueus eo quod esset fanaticus, Ecclesiæ depraedari permisit.

*Caput 16.*  
Eadem Greg.  
2. c. 27 & Al-  
mon. l. c. 12.

Gitur de Ecclesia Remensis vrbis vrceum magnum hostis abstulerat cum reliquis ministeriis libus. Sanctus atq; Apostolicus Remigius Pontifex eiusdem vrbis ad Chlodoueum veniens postular; si aliud de sacris vasis recipere non mereretur, saltem vel vrceum illum reciperet. Audiens rex dixit, Mitte nuncios usq; Suezionas; ibi quæ acquisita sunt, diuidenda erunt: si mihi fors illud dederit, petitionem tuam implebo. Cum præda in medio diuidenda poneretur, ait rex, Rogo ut saltem mihi vas istud extra partem concedatis. Hæc rege dicente, respondent Franci, Gloriose rex, quæ cernimus tua sunt, sed & nos tui sumus: domine quod tibi placet fac. Tunc unus leuis, inuidus, & facilis, voce magna vrceum impulit, dicens, Nihil hinc accipies, nisi quod tibi fors vera largitur. Rex iniuriam hanc patientia leniuit, sorte posita acceptum vrceum Beato Remigio transmisit; seruans abditum sub pectore vulnus. Kal. Martij iussit omnes armatorum phalangas, ostensuros, venire. vbi cunctos circuibat, venit ad vrcei percussorem, dicens ad eum, Inculta est armatura tua; neq; securis est utilis: apprehensa securiæ eius, terræ deiecit. Et ille cum paululū inclinatus fuisse, rex eleuatis manib⁹ securim in caput eius defixit. Sic inquit, & tu Suezionis vrceo fecisti. Magnum sibi per hanc causam Franci timorem statuerunt.

Fuit